

ret directe vel indirecte, tacite vel expresse, palam vel occulte, de cœtero quomodolibet contravenire censuras et pœnas ecclesiasticas aut alias in talia facientes in eisdem constitutionibus et ordinationibus, sententiis, præceptis et mandatis forsân fulminatis etiam per litteras quae leguntur in Cœna Domini, exceptis tamen ac semper salvis omnibus et singulis contentis in bulla Julii II prædecessoris nostri edita symoniaeam electionem Summi Pontificis, minime incuratur nisi solum et dumtaxat in quibus pro hujusmodi conventionem ea aliqua constitutione in corpore juris clausa constaret, quod talis pœna in eisdem cardinales specialiter sit inflictâ et non aliter nec alio modo, et non fulminabo aliquas censuras, pro debito tamen apostolico in aliquos vel in aliquem cardinalium, nisi de consensu duarum partium ex tribus eorundem, et in casibus tamen a jure expressis et secundum vota et suffragia per ballotas præstita ut infra dicitur.

Item, cum juri et equitati conveniat, quod illis qui Romanae Ecclesiae in suis necessitatibus prompta voluntate subveniunt, de ejusdem Ecclesiae facultatibus debita satisfactio impendatur, promitto, iuro et voveo, solvi faciam realiter et cum effectu cuilibet ex cardinalibus, tam praesentibus quam absentibus, omne id et totum in quo constat et constare poterit in futurum eos esse creditores a aut apostolicae sedis, et tamen, quaecumque ratione vel causa, et illi ex eis quibus, pro eorum creditis ab eisdem prædecessoribus, loco pignoris tradita hactenus forent concessa, civitates, castra et jocalia aliaque bona Romanae Ecclesiae, aut pro recuperatione ejus debite quantitatis aliqui redditus assignari in hujusmodi pignorum et assignatorum possessione manuteneo et augmentabo, concessasque litteras et scripturas dictis creditoribus et eorum cuilibet aprobabo et confirmabo meis litteris, cum suppletionem quorumque defectuum ad uberiorem illorum conservationem.

Item, cum a nonnullis asseratur quosdam Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, timentes ne Romanum Pontificem, eos, sub colore legationis, compellat a Romana Curia decedere ob nonnumquam, abstinuisse et abstinere a libere consulendo in consistorio ea quae eis videntur, intersitque Romanae Ecclesiae et apostolicae sedis quod ipsa cum cardinalium animis sit in consulendo libera et cesset in consultorum exhibitione omnis formido omnisque timor, pari modo juro, promitto et voveo non mittere aliquem cardinalem etiam in aliquam legationem, nisi de duarum partium cardinalium consensu per ballotas praestando.

Et insuper, omnimodae securitati et libertati praesentium in conclavi cardinalium consulere volentes, quamquam egere non videantur, eos et quemlibet eorum a quibuscumque criminibus, excessibus et delictis qualitercumque enormibus et gravibus per eos hactenus quomodolibet commissis et perpetratis, etiam christianitatis lesae maiestatis et scismatis adhesionis concinentibus qualiacumque sint, etiam si talia forent quae in generali expositione hujusmodi non comprehenderentur, et requirent nudam et specificam confessionem nec venirent et ab obtinendam eorum absolutionem, et quamvis ordinatione individua ex pressione exigerent essetque eorum absolutio specialissime Pontifici reservata ea quavis causa necessario exprimenda, nec non quibuscumque excommunicationis, suspensionis, irregularitatis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latae, inflictâ, seu promulgatae, et talibus quorum absolutio nobis reservata similiter foret ut praefertur, apostolica auctoritate plenaria in utroque foro absolveo et totaliter libero, ac supra quaecumque irregularitate per eos aut aliquem eorum quomodolibet contracta, similiter, in utroque foro, quo ad omnes ordines et illorum etiam in altaribus ministeriis et pastoralis officii executione, nec non praesidendi ecclesiis, monasteriis et aliis locis ecclesiasticis illoque et quaevis beneficia ecclesiastica ad quocumque acto exercenti, plenissime dispenseo, aboleo, deleo omnem inhabilitatem et infamiae maculam expresse proveniente quomodolibet repressi forent, remittoque eis in eorum cuilibet omnes et singulos fructus per eos forsitan ex ecclesiis, monasteriis et beneficiis ecclesiasticis qualitercumque usque in hodie perceptos, eosque et quemlibet eorum ad pristinae innocentiae statum, in quo erant tempore susceptionis sacri baptismatis, plenarie restituo, reponeo et reintegro. Et si quis eorum forsân, qui petiat alium absolvi et secum dispensari, aut aliqua praemissa fieri forsân quod his respectu cupiet, cuilibet eorum confessorem concedo perpetuum ut confessor idoneus, quem duxerit eligendum, presbyter secularis et religiosus cum suis ordinibus, etiam mendicantium, absolutionem, dispensationem, abolitionem, restitutionem praedictam, etiam criminibus et censuris specificatis, eadem prorsus plenissima et absoluta potestate et auctoritate fungatur qua fungor ego, ut Christi vicarius Petri successor, nihil pœnitens reservato.

Item, cum Romani Pontifices, post editas in crastinum assumptionis eorum regulas et constitutiones, in quarum editione adhiberi consueverunt